

THE SARUM RITE  
Missale Sarisburiense cum nota.

Tome C.  
Fasciculus 12.  
Pagine {533}-{578}.

Festis Novembris.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.  
The Gregorian Institute of Canada.  
MMXX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: [www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published January 1, 2020.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2020.


## ☩ *In die omnium sanctorum.*

(j. Novembris.)

[*Quacunque die contigerit.*]<sup>1</sup> [*Ad missam.*]<sup>2</sup>

1508-S:461; 1513-S:66v.

Offic.  
I.



Aude-á-mus omnes \* in Dó-mi- no, di- em  
festum ce-le-brántes, sub honó- re ómni- um sanctó-  
rum: de quo-rum so-lemni-tá- tem gaudent án-ge- li :  
et col-láu- dant fí- li- um De- i. *Ps.* Exultá-te  
justi in Dómi-no : rec-tos de-cet col-laudá-ti- o.

*Oratio.*

☩ Mnípotens sempitérne Dénus :  
qui nos ómnium sanctorum  
mérita sub una tribuísti celebritáte  
venerári : quésumus : ut desiderátam

nobis tue propiciationis abundántiam,  
multiplicátis intercessóribus largiáris.  
Per Dóminum.

¶ *Lectio libri Apocalypsis Johannis apostoli. vij. [2-12.]*


**E**cce ego Johánnes vidi ángelum ascendéntem ab ortu solis : habéntem signum Dei vivi. Et clamávit voce magna quáttuor ángelis : quibus datum est nocére terre et mari : dicens, Nolíte nocére terre et mari, neque arbóribus : quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum. Et audívi númerum signatórum, centum quadragínta quáttuor mília signáti ex omni tribu filiórum Israel. Ex tribu Juda : duódecim mília signáti. Ex tribu Ruben : duódecim mília signáti. Ex tribu Gad : duódecim mília signáti. Ex tribu Asser : duódecim mília signáti. Ex tribu Néptalim : duódecim mília signáti. Ex tribu Manásse : duódecim mília signáti. Ex tribu Símeon : duódecim mília signáti. Ex tribu Levi : duódecim mília signáti. Ex tribu

Isachar : duódecim mília signáti. Ex tribu Zábulon : duódecim mília signáti. Ex tribu Joseph : duódecim mília signáti. Ex tribu Bénjamin : duódecim mília signati. Post hec vidi turbam magnam quam dinumeráre nemo póterat ex ómnibus géntibus et tríbibus, et pópulis, et linguis stantes ante thronum : et in conspéctu Agni amícti stolis albis, et palme in máni-bus eórum. Et clamábant voce magna dicétes, Salus Deo nostro qui sedet super thronum et Agno. Et omnes ángeli stabant in circúitu throni et seniórum et quáttuor animálium. Et cecidérunt in conspéctu throni in fácies suas : et adoravérunt Deum dicétes amen. Benedíctio, et cláritas, et sapiéntia : et gratiárum áctio : honor et virtus et fortitúdo Deo nostro : in sécula seculórum amen.

*Gradale.* Timéte Dóminum omnes sancti ejus : quóniam nihil deest timéntibus eum. ✠. Inquirétes autem Dóminum : non deficient omni bono. [71].


GS:199; 1508-S:461; 1513-S:66v.<sup>3</sup>

Alle.  
I.




L-le- lú-ya.\*


In die omnium sanctorum.




♩. Ju-di-cá- bunt sancti na-ti-ó- nes



et domi-na- bún-tur pó- pu-lis : et regná-



bit il-ló- rum Rex




in e- térrnum.

1508-S:461; 1513-S:67r.<sup>4</sup>


Seq.  
VII.



Hristo ínclý-to cándi-da \* nostra : ca-nant me-ló-di-



am ágmi-na. Laudes ómni-bus dánti-a sanctis per hec



sacrá-ta fes-tá-li- a. Ma-rí- am primum vox sonet nostra,

ah07118.

In die omnium sanctorum.

per quam no-bis vi-te sunt da-ta prémi- a. Re-gí-na que es  
ma-ter et casta : solve nostra per Fí-li- um pec-cá-mi-na.  
Ange-ló-rum cónci- o sa-cra : et archange-ló-rum turma  
íncly-ta. Nostra dí-lu-ant jam peccá- ta : prestándo  
sú-pe-ra ce-li gáudi- a. Tu prophé-ta pre-co lu-cérna  
atque plusquam prophé-ta. In lú-ci-da nos pone vi- a  
mundans nostra córpo-ra. Aposto-ló-rum princeps : atque  
cuncta juncta ca-térva. Jam corróbo-ra ve-ra qué-sumus in

In die omnium sanctorum.

doctri-na ple-bis pécto-ra. *f*<sup>1</sup>. Stephá-ne glo-ri-ó-se rú-ti-lans

*f*<sup>2</sup>. in co-ró-na sancto-rúmque mártý-rum turma ínclý-ta.

Fórti-a da-te corda, córpo-ra eque firma : sacra ut hostem

vincant ri-te spí-cu-la. *g*<sup>1</sup>. Mar-tí-ne ínclý-te pre-su-lúmque

omnis ca-térva. *g*<sup>2</sup>. Súsci-pe nunc pi-a modo nostra clemens

pre-cá-ta. *b*<sup>1</sup>. Re-gí-na vírgi-num premáx-ima : tu ma-ter incor-

rúpta virgo et grá-vi-da. *b*<sup>2</sup>. Sacrá-ta Dómi-no et cásti-tas

nostras serva á-nimas : mundáque córpo-ra. *i*<sup>1</sup>. Mo-nachó-

rum ve-ne-ránda suf-frá-gi-a. *i*<sup>2</sup>. Omni-úmque sanctó-rum

In die omnium sanctorum.

contu-bérni- a. Per pre-cá-ta assí-du- a nostra gu-bérnent  
tém-po-ra. Nosque du-cant ad sú-pe-ra po-ló-rum ve-ra  
gáudi- a. Subjúngant pi- a ágmi-na amen re-démpta.

*Evangelium.* Videns Jesus turbas. *in communi.* [85].

*Offertorium.* Mirábilis Deus in sanctis suis : Deus Israel ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi sue : benedíctus Deus allelúya. [90].

*Secreta.*

**M**Unera tibi Dómine nostre  
devoti6nis offérimus : que et  
pro cunct6rum tibi grata sint hon6re

sanct6rum, et nobis salutária te  
miseránte reddántur. Per.

*Prefatio quotidiana.* 1169.

*Communio.* Gaudéte iusti in D6mino allelúya : rectos decet collaudátio allelúya.  
[94].

*Postcommunio.*

**D**A quésumus D6mine fidélibus  
p6pulis : per hujus sacraméti  
participati6nem 6mni6rum sanct6rum

tu6rum semper venerati6ne letári : et  
e6rum perpétua supplicati6ne muníri.  
Per D6minum.



## ¶ *In commemoratione animarum.*<sup>5</sup>

(ij. Novembris.)

[Ad missam.]<sup>6</sup> *Officium.*



Requiem eternam dona eis Dómine : et lux perpétua luceat eis. *Ps.* Te decet hymnus Deus in Syon : et tibi reddétur votum in Hierúsalem : exáudi oratióem meam ad te omnis caro véniet. **XX.**

*Oratio.*

**F**idélium Deus óminum Cónditor et Redémptor animábus ómnium fidélium defunctorum remissionem cunctórum tríbe peccatórum :

ut indulgéntiam quam semper optáverunt, piis supplicatióibus consequántur. Qui cum Deo Patri et Spíritu Sancto vivis.

*Nulla fiat memoria ad hanc missam : licet corpus presens affuerit.*

¶ *Lectio epistole beati Pauli apostoli. Ad Thessalonicem. I. iiij. [13-18.]*

**F**ratres. Nólumus vos ignoráre de dormiéntibus : ut non contristémini sicut et céteri qui spem non habent. Si enim crédimus quod Jesus mórtuus est et resurrexit : ita et Deus eos qui dormiérunt per Jesum addúcet cum eo. Hoc enim vobis dícimus in verbo Dómini : quia nos qui vívimus : qui resídui sumus in advéntum Dómini, non preveniémus eos qui

dormiérunt. Quóniam ipse Dóminus in jussu et in voce archángeli et in tuba Dei descéndet de celo : et mórtui qui in Christo sunt resúrgent primi. Deínde nos qui vívimus qui relínquimur, simul rapiémur cum illis in núbibus óbviám Christo in áera : et sic semper cum Dómíno érimus. Itaque consolámini ínvicem, in verbis istis.

*Et legatur in pulpito. Qua lecta tres clerici de secunda forma habitu non mutato ibidem dicatur.*

*Gradale.* Requiem eternam dona eis Dómine : et lux perpétua luceat eis. *V.* Anime eórum in bonis demoréntur : et semen eórum heréditet terram. **XX.**

[Deinde sequatur]<sup>7</sup> *Tractus.* De profúndis clamávi ad te Dómine : Dómine exáudi vocem mea. [*V.*] Fiant aures tue intendéntes : in oratióem servi tui. [*V.*] Si

iniquitates observáveris Dómine : Dómine quis sustinébit. [V.] Quia apud te propiciatio est : et propter legem tuam sustínui te Dómine. 220.

*Et dicitur cum eodem cantu : quo in dominica septuagesime : et dicitur a quattuor clericis de superiori gradu ad gradum chori : habitu non mutato [continue stantibus, ita quod omnes illi iiij. primum V. simul incipiatur quod duo ex parte chori principalis prosequantur aliis duobus interim tacentibus et ita alternis vicibus singuli V. ab illis iiij. tocus Tractus dicitur, chorum interim sedente, ita quidem ut omnes illi iiij. clerici ipsum Tractum terminent]<sup>8</sup> : et interim procedat diaconus cum subdiacono et ceroferario et thuribulario sine<sup>9</sup> cruce [per medium chori ad pulpitum]<sup>10</sup> ad pronuntiandum [sanctum]<sup>11</sup> evangelium.*

*Secundum Johannem. xj. [21-27.]*

**I**N illo témpore. Dixit Martha<sup>12</sup> ad Jesum, Domine, si fuísses hic : frater meus non fuísses mórtuus. Sed et nunc scio, quia quecúmque popósceris a Deo : dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus, Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quia resúrget in resurrectione in novíssimo die. Dixit

ei Jesus, Ego sum resurréctio et vita. Qui credit in me : étiam si mórtuus fúerit vivet. Et omnis qui vivit et credit in me : non moriétur in etérnum. Credis hoc ? Ait illi, Uti-que Domine. Ego crédidi quia tu es Christus Fílius Dei vivi : qui in hunc mundum venísti.

*Et legatur in pulpito more domnicali.*

*Non dicitur Credo.*

*Offertorium.* O pie Deus qui primum hóminem ad etérnam glóriam revocásti : Pastor bone qui ovem pérditam pio húmero ad óvile reportásti : juste iudex dum véneris iudicáre líbera de morte ánimas eórum quas redemísti : ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi : ne derelínquas eas in finem. **XX.**

*Non dicitur Hostias et preces. neque V. Réquiem etérnam.*

*Secreta.*

**H**ostias quésumus Dómine quas tibi pro animábus óminum fidélium defunctorum offérimus propici-

átus inténde : ut quibus fidei Christiane méritum contulísti, dones et prémiu. Per Dóminu.

In commemoratione animarum.

---

*Communio.* Pro quórum memória corpus Christi súmitur dona eis Dómine réquiem sempitérnam. *℟.* Et lux perpétua lúceat eis. Pro quórum memória sanguis Christi súmitur : dona eis Dómine réquiem sempitérnam. **XX.**

*Postcommunio.*

**A** Nimábus quésumus Dómine  
ómnium fidélium defunctorum  
orátio proficiat supplicátium : ut eas  
et a peccátis ómnibus éxuas : et tue

redemptiónis fácias esse partícipes.  
Qui cum Deo Patre. In unitáte Spí-  
ritus Sancti Deus.

**¶** *Si hec commemoratio in dominica contigerit : differatur in crastinum : et fiat totum servitium de dominica : et tunc fiat in ipsa dominica memoria de martyribus Eustachio Sociisque ejus.*

*Oratio.*

**D**A nobis quésumus Dómine  
sanctorum mártirum tuorum  
Eustáchii sociorúmque ejus inter-

cessióne letíciam et pacem : ut quo-  
rum gaudémus triúmphis : prote-  
gámur subsidiis. Per Dóminum.

*Secreta.*

**A** Ssúme<sup>13</sup> quésumus omnipotens  
Deus in honóre sanctorum mártirum  
tuorum Eustáchii sociorúmque  
ejus hec tibi obláta libámina : quorum

pia supplicatióne placátus : et preteri-  
torum véniam et futurorum nobis  
cáutelam prébeas delictorum. Per  
Dóminum.

*Postcommunio.*

**S**umpsimus Dómine divína  
mystéria beatorum mártirum  
tuorum Eustáchii sociorúmque ejus  
mérita venerántes : presta quésumus :

ut eorum semper et fidéli muniámur  
auxílio : et magnífico proficiámus  
exémpló. Per Dóminum.

*Quando commemoratio animarum a dominica differtur : tunc feria tertia fiat servitium de sancta Wenefreda.<sup>14</sup>*

¶ [In die]<sup>15</sup> *sancte Wenefrede virginis et  
martyris.*

(iij. Novembris.)

[Ad missam.]<sup>16</sup> *Officium.*



D'equabar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundar :  
et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. *Ps.* Beati immaculati in  
via : qui ambulat in lege Domini. [146].

*Oratio.*

EXaudi nos Deus salutaris nostri :  
ut sicut de beate Wenefrede  
virginis et martyris tue festivitatem

gaudemus : ita pie devotionis erudi-  
amur affectu. Per Dominum.

*Epistola.* Sapientia laudabit. *in communi.* [148].

*Gradale.* Specie tua et pulchritudine tua : intende prospere procede et regna. *V.*  
Propter veritatem et mansuetudinem et justiciam : ed deducet te mirabiliter dextera  
tua. [149].

Alleluia. *V.* Diffusa est gratia in labiis tuis : propterea benedixit te Deus in  
eternum. [153].

*Sequentia.* Exultemus in hac. *in communi.* [156].

*Evangelium.* Simile est regnum celorum thesauro. *in communi.* [158].

*Offertorium.* Offerentur regi virgines post eam : proxime ejus offerentur tibi in  
leticia et exultatione, adducuntur in templum regi Domino. [*major.*]<sup>17</sup> [159].

*Secreta.*

H'ostias Domine quas tibi offeri-  
mus propicius respice : et inter-  
cedente beata Wenefreda virgine tua

et martyre : vincula peccatorum nos-  
trorum absolve. Per.

*Communio.* Feci iudicium et justiciam Domine : non calumnientur michi superbi :

Sancte Wenefrede virginis et martyris.

---

ad ómnia mandáta tua dirigébar : omnem viam iniquitátis ódio hábui. [162].

*Postcommunio.*

**P**láceant tibi quésumus miséricors Deus : nostre servitútis obsequia : ut mystéria sacrosáncta que sumpsimus : intercedénte beáta We-

nefréda vírgine tua et mártire : et tuam grátiam nobis concílient : et etérne felicitátis gáudium submínistrent. Per.

[*Sancte Wenefrede virginis et martyris.*

*Officium.* Dilexisti. [145].

*Oratio.*

**O**Mnípotens sempitérne Deus qui beátam Wenefrédam virginitátis prémio decorásti : fac nos quésusmus ejus pia intercésione mun-

di hujus blandiménta postponére : et cum ipsa perhénis glórie sedem obtinére. Per.

*Epistola.* Dómine Deus meus. [147].

*Graduale.* Dilexisti. [148].

Allelúya. *V.* Veni elécta mea. [151].

*Sequentia.*

**V**irgo vernans velud rosa agni sponsa speciósá Christi martyr preciósá : Wenefréda flóruit.

Ex Británnis oriúnda fide firma spe jocúnda actu sancta mente munda mundi menda cáruit.

Hanc óccidit Karadócus : quem mox sorbet Orci focus qui pravórum extat locus : quo Sathan exúritur.

Hujus arguménto rei : fons ebúllit nutu Dei : rubricáte speciéi quo caput precídatur.

Mira multa hic patrántur : ceci vident muti fantur : morbi omnes effugántur cum fide peténtium.

Gloriósá Wenefréda : maris nobis fluctus seda : ne flamus hosti preda fer pia presídium. Amen.

*Evangelium.* Símile est regnum celórum thesáuro. [158].

Sancte Wenefrede virginis et martyris.

---

*Offertorium.* Offeréntur. *minor.* [159].

*Secreta.*

**Q**bláta quésumus Dómine mú-  
nera tue majestátis virtute  
sanctífica : et beáte vírginis tue We-

nefréde méritis salutária nobis esse  
concéde. Per.

*Communio.* Diffusa est. [160].

*Postcommunio.*

**R**ercéptis Dómine sacraméntis te  
supplíciter implorámus : ut que  
in veneratióne beáte Wenefréde vír-

ginis et mártiris tue devotióne tibi  
obtulímus gáudia nobis cónferant  
sempitérna. Per Dóminum.]<sup>18</sup>

## ¶ Sancti Leonardi abbatis.

(vj. Novembris.)

*Ad missam. Officium.*



S justi meditabitur sapiéntiam : et lingua ejus loquéntur júdicium, lex Dei ejus in corde ipsíus. *Ps.* Noli emulári in malignántibus : neque zeláveris faciéntes iniquitátem. [131].

*Oratio.*

¶ Reces nostras quésumus Dómine  
celésti dono proséquere : ut qui  
de beáti Leonárdi confessóris tui  
atque abbátis patrocíniis gloriámur :

ejus méritis atque suffrágiis, apud te  
semper adjuvári mereámur. Per Dó-  
minum.

*Epistola.* Justus cor suum. *in communi.* [132].

*Gradale.* Os justi meditabitur sapiéntiam : et língua ejus loquéntur júdicium. *V.*  
Lex Dei ejus in corde ipsíus : et non supplantabúntur gressus ejus. [132].

Allelúya. *V.* Pósuí adjutórium super poténtem : et exaltávi eléctum de plebe  
mea. [133].

*Sequentia.* Adest nobis. *in communi.* [115].

*Evangelium.* Nemo accéndit. *in communi.* [134].

*Offertorium.* Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo  
exaltábitur cornu ejus. [121].

*Secreta.*

¶ Scípe Dómine múnera tue  
pietáti humíliter immolánda : et  
concéde : ut nobis sancti Leonárdi  
confessóris tui atque abbátis inter-

cessióne fiant salutária : cujus nata-  
líciis ea tibi sperámus accépta. Per  
Dóminum.

*Communio.* Fidélis servus et prudens quem constitúis Dóminus super famíliam  
suam : ut det illis in témpore trítici mensúram.<sup>19</sup> [135].

Sancti Leonardi abbatis.

---

*Postcommunio.*

**P**urificet<sup>20</sup> nos Dómine quésu-  
mus tui percéptio sacraménti :  
et que pro beáti Leonárdi confessóris  
tui atque abbátis veneránda solen-

nitáte gérimus : ejus nobis patro-  
cinántibus méritis ad indulgéntiam  
prosint etérnam. Per Dóminum.



## ¶ *Sanctorum quattuor coronatorum martyrum.*

(viiij. Novembris.)

[*Ad missam.*] <sup>21</sup> [*Officium.*] <sup>22</sup>



Ntret in conspectu tuo Dómine gémitus compeditórum : redde vicinis séptuplum in sinu eórum : vándica sánguinem sanctórum tuórum qui effúsus est. *Ps.* Deus venérunt gentes in hereditátem tuam : polluérunt templum sanctum tuum : posuérunt Hierúsalem in pomórum custódiam. [60].

*Oratio.*

¶ Resta quésumus omnipotens Deus : ut qui gloriósos mártýres tuos Cláudium, Nichostrátum, Simphoriánum, Castórium, atque Sim-

plícium fortes in sua confessióne cognóvimus : pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

*Epistola.* Justórum ánime. *in communi.* [67].

*Gradale.* Vándica Dómine sánguinem sanctórum tuórum qui effúsus est. *℟.* Posuérunt mortália servórum tuórum escas volatílibus celi : carnes sanctórum tuórum béstiis terre. [73].

Allelúya. *℟.* Mirábilis Dóminus noster in sanctis suis. [79].

*Evangelium.* Cum audiéritis. *in communi.* [86].

*Offertorium.* Exultábunt sancti in glória : letabúntur in cubílibus suis : exultatiónes Dei in fáucibus eórum. [92].

*Secreta.*

¶ Benedíctio tua quésumus Dómine larga descéndat : que et múnera nostra deprecántibus sanctis mártýribus tuis Cláudio, Nichostráto,

Simphoriáno, Castório : atque Simplício : tibi reddat accépta : et nobis sacraméntum redemptiόνis efficiat. Per.

Sanctorum quattuor coronatorum martyrum.

---

*Communio.* Posuerunt mortalia servorum tuorum Domine escas volatilibus celi :  
carnes sanctorum tuorum bestiis terre : secundum magnitudinem brachii tui posside  
filios morte punitorum. [96].

*Postcommunio.*

<b>C</b> eléstibus refécti sacraméntis et gáudiis, súpplíces te Dómine		deprecámur : ut quorum gaudémus triúmphis, protegámur auxiliis. Per.
---	--	---

## ¶ Sancti Theodori martyris.

(ix. Novembris.)

[Ad missam.]<sup>23</sup> Officium.



N virtute tua Dómine letábitur justus : et super salutáre tuum exultábit vehementer : desidérium ánime ejus tribuísti ei. *Ps.* Quam pervenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : posuísti in cápite ejus coronam de lápide precioso. [34].

*Oratio.*

**D**eus qui nos beáti Theodóri mártiris tui confessióne gloriósa circúndas et prótegis : presta nobis

ejus imitatióne proficere : et oratióne fulcírí.<sup>24</sup> Per Dóminum.

*Epistola.* Beatus vir qui in sapiéntia. *in communi.* [37].

*Gradale.* Beátus vir qui timet Dóminum : in mandátis ejus cupit nimis. *℟.* Potens in terra erit semen ejus generátio rectórum benedicétur. [40].

Allelúya. *℟.* Justus ut palma folorébit : sicut cedrus Líbani multiplicábitur. [42].

*Evangelium.* Si quis vult post me. *in communi.* [50].

*Offertorium.* Glória et honóre coronásti eum : et constituísti eum super ópera mánuum tuárum Dómine. [53].

*Secreta.*

**M**Unéribus oblátis Dómine beáti Theodóri mártiris tui festa venerántes : quésumus ut qui consci-

éntie nostre prepédimur obstáculis : illíus méritis reddámur accépti. Per Dóminum.

*Communio.* Magna est glória ejus in salutári tuo : glóriam et magnum decórem impónes super eum Dómine. [56].

Sancti Theorori martyris.

---

*Postcommunio.*

<b>S</b> ancta tua nos Dómine sumpta purificent : et intercedente beáto Theodóro mártire tuo : ad	perpétue beatitúdinis consórtium introdúcant. Per Dóminum.
---	---

## ¶ Sancti Martini episcopi et confessoris.

(xj. Novembris.)

[Ad missam.]<sup>25</sup> Officium.



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis : et príncipem fecit eum, ut sit illi sacerdotii dignitas in etérnum. Ps. Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

Oratio.

Deus qui cóspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus : concéde propícus ut intercessióne

beáti Martíni confessoris tui atque pontíficis : contra ómnia advérsa muniámur. Per.

### ¶ Memoria de sancto Menna martyre.

Oratio.

Resta quésumus omnipotens Deus : ut qui beáti Menne mártiris tui natalícia cólimus, inter-


cessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur.

Epistola. Ecce sacérdos. *in communi.* [106].

Gradale. Dómine prevenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precioso. [V. Vitam pétiit et tribuísti ei : longitúdinem diérum in séculum séculi.]<sup>26</sup> [110].

GS:200; 1508-S:463; 1513-S:69r.<sup>27</sup>

Alle.  
I.

 L- le- lú-ya. \*

Sancti Martini episcopi et confessoris.

∞. Hic Mar- tí-nus pauper et mó-di- cus  
ce-lum di-ves ingréd-i-tur : hinc  
ce- lés- ti-bus ho-no- rá-tur.

*Sequentia.* Sacerdótem Christi. *Require* [supra]<sup>28</sup> *in translatione ejusdem.* {258}.

*Evangelium.* Homo quidam pègre. *in communi.* [120].

*Offertorium.* Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

*Secreta.*

**D**eus qui omne bonum in tui sacri córporis mystério continéri voluísti, concéde propícuis ut hoc munus quod in beáti Martini con-

fessoris tui atque pontíficis veneratióne tibi offérimus : ipso intercedente nobis proficere sentiámus. Per Dóminum.

**¶** *Alia secreta.*

**S**acrificia ista tibi vero eternéque pontífici obláta Dómine tu sanctífica : et interveniénte beáto Menna mártire tuo : ita nos fac qué-

sumus hec tractáre mystéria : ut ipsi tibi et<sup>29</sup> templum et hóstia plácabilis esse mereámur. Qui vivis et regnas.

Sancti Martini episcopi et confessoris.

---

*Communio.* Beátus servus quem cum vénerit Dóminus invénerit vigilántem : amen dico vobis super ómnia bona sua constituet eum. [124].

*Postcommunio.*

**A**uxiliáre Dómine quésumus pó-  
pulo tuo : ut sacramentórum tu-  
órum virtúte proficiens : intercedénte  
beáto Martíno confessóre tuo atque

pontífice : et tuo semper munére  
gubernétur, et ad redemptiónis etérne  
pervéniat<sup>30</sup> te ducénte consórtium.  
Per Dóminum.

*Alia postcommunio.*

**H**ec<sup>31</sup> in nobis quésumus Dómine  
grátia tua semper excérceat : ut  
divínis instáuret corda nostra mys-

tériis : et beáti Menne mártiris tui  
festivitáte letíficet. Per.

*Quotidie per octavas dicatur eadem missa : sed sine sequentia : nisi festum intercurrat et nisi in dominica vel<sup>32</sup> quando dicitur de sancta Maria : vel<sup>33</sup> missa Salus pópuli. restat<sup>34</sup> cantanda.*

## ¶ *Sancti Bricii episcopi et confessoris.*

(*xiiij. Novembris.*)

[*Ad missam.*]<sup>35</sup> *Officium.*



Acerdótes Dei benedicite Dóminum : sancti et húmiles corde laudáte Deum. *Ps.* Benedicite ómnia ópera Dómini Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sécula. [105].

*Oratio.*

Consérva quésumus Dómine pópulum tuum intercessióne beáti Bricii confessoris tui atque pontíficis

in tuo amóre confisum : ut mereámur ipso intercedénte consórtes fieri celestium gaudiórum. Per Dóminum.

¶ *Memoria de sancto Martino ut supra.* {551}.

*Epistola.* Justum dedúxit. *in communi.* [107].

*Gradale.* Ecce sacérdos magnus qui in diébus suis plácuit Deo. *℟.* Non est invéntus símilis illi : qui conserváret legem excélsi. [107].

Allelúya. *℟.* Amávit eum Dóminus et ornávit eum : stola glórie índuit eum. [112].

¶ *Si in dominica fuerit dicitur sequentia de communi.* [115].

*Evangelium.* Homo quidam péregre. *in communi.* [120].

*Offertorium.* Invéni David servum meum : et in óleo sancto unxi eum : manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. [122].

*Secreta.*

Sancti Bricii confessoris tui atque pontíficis Dómine quésumus ánnua solénnitas pietáti tue nos reddat accéptos, ut per hec pie

oblaciónis officia : séculi presentis misérias evadámus : et grátie tue beneficia consequámur. Per Dóminum.

*Communio.* Fidélis servus et prudens quem constitúis Dóminus super famíliam



Sancti Bricii episcopi et confessoris.

---

suam : ut det illis in t mpore tr tici mens ram. [124].

*Postcommunio.*

**M**ist riis ref cti divinis qu sumus  
D mine Deus noster : qu su-  
mus : ut be ti Bricii confessoris tui  
atque pontificis : ubique intercessi ne

nos pr tegas : in cujus  nnua vene-  
rati ne hec tibi obtulimus sacra-  
m nta. Per.

*Infra diocesim Londonensem translatio sancti Erkenwaldi episcopi et confessoris, omnia  
fiat sicut in communi.*<sup>36</sup> [103].

## ¶ *Sancti Machuti episcopi et confessoris.*

(xv. Novembris.)

[*Ad missam.*]<sup>37</sup> *Officium.*



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis : et príncipem fecit eum, ut sit illi sacerdotii dignitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

*Oratio.*

Ⓜnípotes sempitérne Deus  
pópuli tui preces exáudi : qui  
beátum Machútum confessórem tu-

um atque pontíficem virtútis grátia  
decorásti : et eum hódie in celésti  
glória suscepísti. Per.

¶ *Memoria de sancto Martino.* {551}.

*Epistola.* Ecce sacérdos. *in communi.* [106].

*Gradale.* Invéni David servum meum : óleo sancto unxi eum, manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. *V.* Nichil proficiet inimicus in eo : et filius iniquitátis non nocébit eum. [109].

Allelúya. *V.* Justus germinábit sicut lílium : et florébit in etérnum ante Dóminum. [111].

*Sequentia de communi.* [115].

*Evangelium.* Homo quidam nóbilis. *in communi.* [58].

*Offertorium.* Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

*Secreta.*

Ⓜlatiónes nostras quésumus  
Dómine propiciátus inténde :  
quas tibi in honóre beáti Machúti  
confessoris tui atque pontíficis con-  
secrándas deférimus : precántes ut

ipsíus méritis et intercessióne pecca-  
tórum ómnium que negligénter gés-  
simus : te propiciánte véniam conse-  
qui mereámur. Per Dóminum.

Sancti Machuti episcopi et confessoris.

---

*Communio.* Beátus servus quem cum vénerit Dóminus invénerit vigilántem : amen dico vobis super ómnia bona sua constituet eum. [124].

*Postcommunio.*

**Q**uos donis celéstibus Dómine  
satiásti : sancti Machúti confes-  
sóris tui atque pontíficis benígnus<sup>38</sup>

attólle presídiis : ut a<sup>39</sup> nóxiis óm-  
nibus expéditi : post salutária tua toto  
corde currámus. Per Dóminum.

## ¶ Sancti Edmundi archiepiscopi.

(xvj. Novembris.)

[Ad missam.]<sup>40</sup> Officium.



Audeámus omnes in Dómino diem festum celebrántes sub honóre Edmúndi présulis : de cujus solemnitate gaudent ángeli : et colláudant Fílium Dei. *Ps.* Exultáte justi in Dómino : rectos decet collaudátio.<sup>41</sup> [ut supra]<sup>42</sup> {185}.

*Oratio.*

**D**eus qui largiflue bonitátis consílio<sup>43</sup> ecclésiám tuam beáti Edmúndi confessóris tui atque pontíficis precláre vite méritis decorásti : et gloriósis letificásti miráculis : con-

céde propícus<sup>44</sup> nobis fámulis tuis : ut et ipsíus in mélius reformémur exémpis : et ab ómnibus ejus patrocínio protegámur adversis. Per Dóminum.

*Memoria de sancto Martino.* {551}.

*Epistola.* Ecce sacérdos magnus qui in vita. *in communi.* [106].

*Gradale.* Dómine prevenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precíoso. *V.* Vitam pétiit et tribuísti ei : longitúdinem diérum in séculum séculi. [110].

Allelúya. *V.* Hic Edmúndus pauper et módicus celum dives ingréditur : hymnis celéstibus honorátur. [*sicut de sancto Martino.*]<sup>45</sup> {549}.

*Sequentia de communi scilicet Alma cohors. in communi.* [117].

*Evangelium.* Homo quidam pérégre. *in communi.* [120].

*Offertorium.* Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

*Secreta.*

**B**eáti Edmúndi confessóris tui atque pontíficis quésumus Dómine precíbus tibi múnera offerénda

compláceant : et obláta nobis proficiant ad salútem. Per.

Sancti Edmundi [Cantuariensis] archiepiscopi.

---

*Communio.* Beátus servus quem cum vénerit Dóminus invénerit vigilántem :  
amen dico vobis super ómnia bona sua constituet eum. [124].

*Postcommunio.*

**M**entes nostras quésumus Dó-  
mine suscepitis róborá sacra-  
méntis : ut sicut eas beáti Edmúndi  
confessóris tui atque pontíficis novis

dignátus es confortáre miraculis : sic  
étiam juváre<sup>46</sup> suffrágiis, et illustráre  
dignéris exémplic. Per.

## ¶ *Sancti Hugonis episcopi et confessoris.*

(xvij. Novembris.)

[*Ad missam.*]<sup>47</sup> *Officium.*



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis : et princípem fecit eum : ut sit illi sacerdotii dignitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

*Oratio.*

